



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

VII. Herzog Rudolph von Sachsen beschenkt den Altar Exulum in der
Petrikerche zu Köln mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Berlin und aus
der Fischerei unterhalb des Mühlendammes, am 13. Mai 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

omni jure et vtilitate ac vsufructibus nec non predictorum Judeorum proprietatem quemadmodum ipsos habuimus Judeos damus et donamus perpetuis temporibus possidendos et habendos pacifice et tranquille. Ne igitur super hac nostra donatione que ex mero nostro processit arbitrio in posterum alicui aliquod oriatur dubium et a nostris non infringatur successoribus presentes literas conscribi iussimus et munimine nostri sigilli fecimus firmiter roborari. Testes hujus rei sunt Dominus Nicolaus, prepositus in Bernowe, Pezko senior de Luffowe, Johannes de Glyndenberch, Loferus, Hince de Warmstorp, Hinricus Schenke de Schenkendorph, nostri milites, Hinricus Mosolf, Ebele de Blankenburch, nostri famuli et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe, Anno Domini Millesimo tricentesimo vicesimo tertio, feria tertia ante festum Pentecostes.

Gercken's verm. Abhandlungen I, 183.

VII. Herzog Rudolph von Sachsen beschenkt den Altar Exulum in der Petrifirche zu Köln mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Berlin und aus der Fischerei unterhalb des Mühlendamms, am 13. Mai 1323.

In Nomine Domini Amen. Rudolphus, Dei gratia Dux Saxonie etc. — Noverit igitur presens etas et sciat postera, quod — proprietatem duodecim solidorum de censu mansorum ad nostram civitatem Berlin pertinentium, in festo beati Martini Episcopi annis singulis persolvendum, ac sex talentorum piperis proprietatem in piscatura sub aggere prope predictam civitatem Berlin sitorum, in festo exaltationis St. Crucis tria talenta et in festo beate Walpurgis tria talenta, absque qualibet contradictione persolvendorum, cum omni jure et pleno ad altare exulum in Colonia constructum, damus et donamus, pacifice et tranquille, perpetuis temporibus possidendam. — Testes huius donationis sunt: Dominus Nicolaus, Prepositus in Bernowe, Heinricus de Alvensleve, Petzko Senior de Loffowe, Hince de Warmstorp, Lozerus, Buffo de Milowe, Hermannus de Nebedde, milites nostri, Thydericus, nofter Protonotarius, Nicolaus, Plebanus in Luckowe, nofter Capellanus, et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo tertio, sexta feria ante festum Pentecostes.

Aus Reinbeck's Petrifirche S. 28, Buchholz a. a. D. 40 und Küster a. a. D. II, 496.